

Alte Drucke

**CATECHESIS || DAVIDIS || CHYTRÆI || RECENS RECOGNITA,
ET || MVLTIS DEFINITIONI-||BVS AVCTA.||**

Chyträus, David

Magdeburg, 1571

VD16 ZV 27938

SECVNDVS LOCVS. DE CREATIONE.

Nutzungsbedingungen

Die Digitalisate des Francke-Portals sind urheberrechtlich geschützt. Sie dürfen für wissenschaftliche und private Zwecke heruntergeladen und ausgedruckt werden. Vorhandene Herkunftsbezeichnungen dürfen dabei nicht entfernt werden.

Eine kommerzielle oder institutionelle Nutzung oder Veröffentlichung dieser Inhalte ist ohne vorheriges schriftliches Einverständnis des Studienzentrums August Hermann Francke der Franckeschen Stiftungen nicht gestattet, das ggf. auf weitere Institutionen als Rechteinhaber verweist. Für die Veröffentlichung der Digitalisate können gemäß der Gebührenordnung der Franckeschen Stiftungen Entgelte erhoben werden.

Zur Erteilung einer Veröffentlichungsgenehmigung wenden Sie sich bitte an die Leiterin des Studienzentrums, Frau Dr. Britta Klosterberg, Franckeplatz 1, Haus 22-24, 06110 Halle (studienzentrum@francke-halle.de)

Terms of use

All digital documents of the Francke-Portal are protected by copyright. They may be downloaded and printed only for non-commercial educational, research and private purposes. Attached provenance marks may not be removed.

Commercial or institutional use or publication of these digital documents in printed or digital form is not allowed without obtaining prior written permission by the Study Center August Hermann Francke of the Francke Foundations which can refer to other institutions as right holders. If digital documents are published, the Study Center is entitled to charge a fee in accordance with the scale of charges of the Francke Foundations.

For reproduction requests please contact the Study Center, Frau Dr. Britta Klosterberg, Franckeplatz 1, Haus 22-24, 06110 Halle (studienzentrum@francke-halle.de)

S E C V N D V S
LOCVS.

DE CREATIONE.

Credo in Deum Patrem, omnipotentem, creatorem cœli & terræ.

Quid est C R E A T I O ?

CREATIO est actio æterna Dei, qua Deus videns omnes res alias, visibiles & inuisibiles, ex nihilo fabricauit, consilio suo, ut æternam Ecclesiam sibi conderet, à qua agnoscatur & celebretur, & in qua in æternum habitet.

C R E A T I O C V I V S P E R-
sonæ opus est?

Omnium trium personarum diuinitatis, æterni Patris, Filii, & Spiritus sancti, quæ simul omnes res alias condiderunt & conseruant, ut dicitur, Psal. 33. Verbo Domini cœli firmati sunt, & Spiritu oris eius omnis exercitus eorum. De filio dicitur Iohann. 1. Omnia per ipsum facta sunt.

Cur

Cur creatum est à Deo Cælum
& terra?

Vniuersum hoc Theatrum naturæ rerum à Deo conditum, & miranda arte & sapientia distributum & ornatum est, ut Deum opificem nobis monstret, & utilitaribus hominum seruiat, & schola sit sapientiæ, bonitatis, præsentiæ & omnipotentia Dei, qui ab Angelis & hominibus à se conditis, vult agnoscere & celebrari: ijsq; vicissim se ipsum & omnia sua bona impertire. Rom. i. Ephes. 5.3.

Genus Deæ

Prudentia

Actus 17. v. 28

P. 21

v. 1.

Quid est Prudentia?

PROVIDENTIA est actio mentis

diuinæ, qua omnia cernit, & cunctos
euentus futuros prospicit. Deinde gubernatio Dei, qua naturam vniuersam à se
conditam sustentat & conseruat, & præcipue curat genus humanum, custodit ciuilem
societatem, punit atrocias sceleras
atrocibus poenis, & tandem iustos præmiis ornat.

Pars Prudentiæ est DETERMINA-

Estra 9
Determinatio
2 ad v. 24
1 ad v. 25
Tunc ad hanc
genitio p.

TIO diuina, qua Deus omnia cernens,
cunctos etiam futuros euentus, siue bons
siue malos, prospicit: & bons adiuuat,
malos autem permittit, & terminos
ac mea.

ac metas constituit, quousq; sit permissu-
rus.

PRÆDESTINATIO est æternum
decretum mentis diuinæ, quo gratuita
bonitate, & misericordia, propter Fili-
um, elegit Ecclesiam æternam seu Homi-
nes ipsi placentes, & hæredes vitæ æter-
næ: cuius Ecclesiæ membra sunt singuli,
qui Euangeliū Christi fide amplectun-
tur, & in hac fide vsq; ad finem vitæ per-
seuerant, juxta dictum, Beati mortui, qui
in Domino moriuntur. Esto fidelis vsq;
ad mortem, & dabo tibi coronam vitæ.

Hactenus de Deo creatore: nunc de
creaturis ad imaginem Dei conditis, ex
quibus æternam Ecclesiam sibi Deus ele-
git, dicemus. Sunt autem creaturæ ratio-
nales aliæ incorporeæ & inuisibiles, vt
Angeli & Animæ hominum: Aliæ corpo-
rales & visibles, vt homines.

Quid sunt Angeli?

ANGELI BONI sunt essentiæ spi-
rituales, creatæ à Deo ad imaginem ipsi-
us, hoc est, intelligentes, veraces, iustæ
& liberæ, quæ non sunt pars alterius spe-
ciei, ut animæ hominum, & sunt immorta-
les, ordinati à Deo, vt ipsi celebrent, &
hinc

sunt ministri Ecclesiae, & custodes piorum,
Ebr. i. Psal. 34. 103. 104.

3 Rupt. ac. Cernit. & S. V. P. min. Ord. I. v. 10.
1 Rupt. & min. Ord. I. v. 10.
*Spiritu malo
Sarci*

Quid sunt Diaboli?

DIABOLI sunt essentia spirituales,
initio creatae ad imaginem Dei, hoc est,
intelligentes, veraces, iusta & liberae, sed
libera voluntate a Deo deficientes, facti
sunt hostes Dei, & genus humanum a Deo
auulsum in peccatum & mortem præcipi-
tarunt, & ad omnis generis peccata &
calamitates quotidie impellunt. Quam
Tyrannidem mirando consilio permittit
Deus, & reprimit, vsq; ad extreum iu-
dicium, in quo Diabolos omnes, vna cum
hominibus impijs, in æternos cruciatus
abijciet, Ioh. 8⁴⁴. Pet. 5. 1. Pet. 2.

Quid est HOMO?

HOMO est substantia creata a Deo,
habens corpus & animam rationalem,
conditam ad imaginem Dei, ut Deum
agnoscat & celebret.

QVID EST ANIMA

Rationalis?

ANIMA HOMINIS est essentia
spiritualis, creata a Deo ad imaginem
ipsius,

ipsius, hoc est, intelligens, verax, libera,
& iusta, quæ est pars hominis: nec extin-
guitur cum à corpore discessit, sed est im-
mortalis. *Maths. 30. v. 28. Ecclesiast. 12. v. 7.*

Q V A E S V N T P R A E C I P V A E vires animæ in homine?

Quinq; Vegetatiua, sentiens, appe-
titiuia, locomotiuia, rationalis.

Q V O T S V N T P A R T E S

intellig. animæ Rationalis?

Dux. MENS, & VOLVNTAS, cum
qua in serijs motibus copulati sunt AF-
FECTVS cordis.

Quid est Mens?

MENS seu INTELLECTVS est po-
tentia Animæ rationalis cognoscens, illustrata in cre-
atione radijs sapientie & lucis diuinæ, qua Deum, &
Legem Dei discernentem recta & praud, que uite
rectrix est, & numeros, ordinem, noludq; evorac,
que sunt principia & normæ artium, & omnes res
cæteras, singulares & uniuersales, cognosat, memi-
nit, & alia ex alijs ratiocinatur, & recte ac secus co-
herentia cernit & iudicat. Quæ potentia eam ob-
causam præcipue condita est in homine, ut Deum con-
diorem, & testimonia de Dei sapientia & bonitate,
toti rerum uniuersitati impressa, cognoscat, et alijs
cognoscenda demonstret.

Quid

**QVID EST VOLVN-
TAS?**

VOLVNTAS est potentia Animæ Rationa-
lis motiva, ut in scholis loquuntur, seu appetens su-
premia, qua Homo, obiectum ab intellectu monstra-
tum, uelle & expetere, uel auersari & reijsere po-
test, uel suspendere actionem, & imperare externis
membris, ut aliquid faciant cui omittant. Ideo autem
sic condita est uoluntas, ut ante omnia Deum & uir-
tutem expetat & amet, & in Deo lœtetur & acqui-
escat.

Quid est Adfectus?

ADFFECTVS sunt uarie species & formæ
actionum uoluntatis, cum aliquo dolore aut leticia
coniunctæ: seu, ADFFECTVS sunt motus uolun-
tatis cui cordis, sequentes cognitionem, quibus obie-
ctum à mente uel sensu monstratum prosequimur aut
fugimus.

**QVID EST IMAGO
DEI?**

IMAGO DEI, ad quam Homo con-
ditus est, erat similitudo & conformitas
hominis cum Archetypo seu ipso Deo, vi-
delicet: Mens illustrata luce veræ noti-
cæ Dei, & sapientia discernente recta &
praua, & voluntas liberrimo arbitrio ex-
petens

petens & probans recta & iusta, ardens
dilectione Dei, & vera obedientia erga
Deum: & correctum, omnes affectus &
motus habens conformes LEGI DEI.
Gen. 1. Ephes. 4 Colos. 3. 2 Cor. 3.

QVID EST LIBERVM

Arbitrium?

LIBERVM ARBITRIVM in generesi-
gnificat, et iudicium mentis discernens bona & ma-
la, et facultatem uoluntatis, qua sponte eligit aut fa-
ctit, uel queratur & negligit ea, qua mens decernit.

QVID FUIT LIBERVM ARBI- trium in Homine ante Iapsum?

- LIBERVM ARBITRIVM in om-
nibus Angelis & hominibus ante Iapsum
fuit facultas mentis & uoluntatis, qua
poterant Angeli & Homines essentiam &
voluntatem Dei conditoris, sineulla ca-
ligine & errore agnosceré, & iusticiam ac
sanctitatem veram, in qua conditi erant,
iuante Deo, retinere, & sponte ac serio
Deo perfecte obedire, vel ab eo deficere
& peccare.

QVID EST LIBERVM AR- bitrium in Homine post Iapsum?

D

L I B E

DE LIBERO

40

In ciuitibus. LIBERVM ARBITRIVM in homine post lapsum, est facultas quia mens hominis, bona & mala ciuilia, seu honesta & turpia, item artes mechanicas & liberales, & alias res humanae rationis iudicio subiectas aliquo modo intelligere, discere ac iudicare, & voluntas sine coactione easdem eligere aut expetere, vel auersari & fugere potest, vel suspendere electionem, & imperare externis membris, ut suscipiant actiones cum iudicio mentis congruentes vel non congruentes.

Sed in rebus spiritualibus, ut in primo motu conversionis ad Deum, seu regenerationis sui ipsius & prima scintilla fidei in CHRISTVM accendenda, LIBERVM uel potius SERVVM & peccato captiuum & mortuum hominis ARBITRIVM est naturalis impotentia, seu defectus & prauitas mentis & voluntatis, secura lapsum Ade, & noscendum nascentis: qua mens ceca & tenebris peccati oppressa, nec essentiam nec uoluntatem Dei recte agnoscere, nec viam eternae salutis sua acie cernere potest: & voluntas ac appetitiones cordis auersa & aduersa Deo, nec seiphas proprijs viribus ad Deum conuertere, & in Christum credere, & cultus Deo placen-

1 cor. 2. 14.

placentes, prestare, nec quidquam aliud quam peccare possunt, nisi per gratiam Christi fuerint liberati.

L I B E R V M A R B I T R I V M in renam
tis ex aqua & spiritu, est facultas, qua mens & uo-
luntas per Filium Dei à seruitute peccati liberata, &
adiuta per Spiritum sanctum, suo etiam conatu & dia-
ligentia, non modo externos mores honeste regere, &
externa scelerata uitare, uerum etiam interiores & spir-
ituales animi motus, ut ueram agnitionem Dei, in-
uocationem, patientiam, &c. excusitare, fouere &
augere, & uiciois inclinationibus resistere uel
indulgere, & rursum à D E O de-
ficere posse.

T E R T I V S

LOCVS.

DE LEGE DEI.

Quid est Lex Dei?

LEX DEI est doctrina, quam Deus
in Creatione hominibus indidit, & po-
stea in monte Sina & alibi repetivit, præ-
cipiens quales nos esse, quæ facere, quæ
omittere oporteat, Et promittens bona
præstantibus perfectam obedientiam, &

D 2

osten-